

Bernhard von Waging an NvK. Wenn Sonnenburg reformiert werden solle, so müsste zuerst für die nötigen baulichen Veränderungen, insbesondere an Chor, Dormitorium und Refektorium gesorgt werden. Eine allgemeine Dispens von der Regel sei nicht erforderlich. Er schlägt einen Austausch von sechs Sonnenburger gegen drei oder vier Salzburger Schwestern vor. Außerdem sollten zwei tüchtige Mönche dorthin umsiedeln. Die Sorge um die eigene Ernährung werde auch bei observanten Mönchen zu hoch veranschlagt. Auch der Abt von St. Georgenberg hoffe auf ein Indult zum Fleischgenuss. Die Gewohnheiten der Tegernseer Mönche, allen voran des häufig kränklichen Abts, beweisen aber, dass man auch ohne Fleisch gesund leben könne. Dies habe er am eigenen Leib erfahren, seit er von den Augustinerchorherren in den Benediktinerorden übergetreten sei.

Kopie (gleichzeitig): MÜNCHEN, StB, Clm 19697 f. 61^v.

Druck: Vansteenberghe, *Autour 136f.* Nr. 18; Angerer, *Bräuche 55 (Auszug)*; Baum/Senoner, *Briefe und Dokumente I 140 Nr. 41a.*

Deutsche Übersetzung: Baum/Senoner, *Briefe und Dokumente I 141 Nr. 41b.*

Erw.: Redlich, *Tegernsee 140*; Gismann, *Beziehungen 606f., 609*; Baum, *Nikolaus Cusanus in Tirol 148*; Treusch, *Bernhard von Waging 45*; V. Hobenadel: „Sequere me“ – Ein Brief an Bernhard von Waging. Edition und Untersuchung, in: F.X. Bischof/M. Turner (Hgg.), *Die benediktinische Klosterreform im 15. Jahrhundert (Veröffentlichungen des Grabmann-Instituts zur Erforschung der mittelalterlichen Theologie und Philosophie 56)*, Berlin 2013, 159-183, hier 176.

Reverendissime pater. Vestre reverendissime p. sollicitam curam pro monasterio Sunneburg non immerito valde magnipendo, ubi si regularis vita sive cum viris sive cum feminis debeat institui, necesse erit primum de structuris debitis provideri, precipue de choro, de dormitorio et refectorio cum singulis necessariis pertinentibus ad ea. Non erit super quocumque capitulo regule necessarium generaliter
5 dispensare, eciam si feminas ibidem contingat regulariter cohabitare. Fiat, si fieri potest, concambium sororum sex de Sūneburg pro 4^{or} vel 3^{bus} de Salczburga. Addantur eisdem monachi duo valentes et boni; sed ubi sunt? Difficile est et vix possibile cum mulieribus in loco ipso religionis observanciam firmiter stabiliri. Hew! Ventris cura est nimia eciam apud eos, qui deo singulariter dicati noscuntur. Sunt omnes sponse de sexu utroque, sed sponsum quo ierit non omnes utique, quinymmo perpauce veraciter
10 secuntur. De victualium egestate curant undique, sed non tractant vel parum de salute vel perdicione animarum.

Sperat eciam, prout ad me expressit, dominus abbas montis sancti Georii super esum carniū certis diebus obtinere indultum; et forsitan una est causa, propter quam nobis de Tegernsee refutatis et abiectis reformatores alienos elegit. Nam apud nos de esu carniū memoria est penitus extincta. Eciam si pro
15 tempore, quod tamen rarissimum, de fratribus quis infirmatur, de carnibus tamen omnino nichil cogitatur. Quin et abbas reverendus frequenter egrotans et infirmus, quandoque eciam gravissime decumbens, a xxvi annis carniū qualescumque cocturas penitus contempsit gustare, sed neque patitur nominare. Quem fratres merito imitantur, dum aliquando sicut homines infirmantur. Et quid de me profugo et ceco? Fugi ego ordinem canonicorum regularium propter ipsum esum et eciam propter causas alias etc.,
20 verumtamen sanior fui semper et magis valens in ordine isto sancto sancti Benedicti, quam dum eram degens sub regula sancti Augustini.

In hebdomada Pascali.

8 apud: *em.* aput. 14 apud: *em.* aput. 16 frequenter: *folgt gestr.* est.

¹⁾ Die Datumsangabe in Z. 23f. wird konkretisiert durch Nr. 3930 Z. 2f.: in triduo pasca precedente.